UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Georgius Fernandez ætat. 33. Soc. 18. P. Gomez Damaralius. ætat. 37. Soc. 20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Visual Library

quamdiu extorres à patria, *Fides.* ob Chriſti fidem: ſed cùm rediiſſent, ac Patribus comites perpetui adeſſent, Nangaſachi in carcerem coniecti ſunt, & (quia id petebant) ritè in Societatē admiſſi. Cocurę tandem lento igne cremati ſunt; quòd Chriſtianam fidem populis prędicaſſent.

P. *Georgius Fernandez* ætat. 33. Soc. 18.

P. *Gomez Damaralius.* ætat. 37. Soc. 20.

Luſitani. in Iaua. 24. Sept. 1580. Georgius cum Aquauiua in Indiam venit: Gomez ante illum cum Valignano: idque ſe dixit à Deo per Deiparam, quæ Rupis Franciæ nomine in extrema Caſtella *B.V.* percolitur, impetraſſe. nam peregrinatione votiuâ illuc profectus, quod à Superioribus

bus non poterat impetrare, ibi voti Indiæ adeundę compos effectus eſt. Ambo in ea quam Goâ Amboinum inſtituerant nauigatione; à Iauenſibus, Chriſti ac Luſitanorum hoſtibus, vnà occiſi ſunt, cùm Chriſtianos in naui expiarent. Fides.

P. Godefridus Thelen.

Per iter à Carbani oppidi hæreticis captus, illuſus, percuſſus, tanquam bellorum & Papiſticæ idolatriæ (vt illi loquuntur) ſeminator, ac tandem glande plumbeâ in pectus exploſâ traiectus, cecidit in genua, & ſublatis ad Deum manibus atque oculis; *Domine*, inquit, *exaudi orationem meã; & non intres in iudicium cum ſeruo tuo*. Tum in capite, ac reliquo corpore contuſus, ſau-

German⁹. ad Rhenum. 25. Sept. 1620. æt. 32. Soc. 8.

Fides.

Mors.